

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de


Discursus Studenticus ...

**Pensum Quartum : De Superbia Paedantica In Honorem ... Francisci Alberti
Aepini, S. S. Theol. & Philos. Doctoris ... Anno 1733. d. 21. April. Solennissimis
Ceremoniis Sceptra Academica Universitatis Rostochianae accipientis offerre
non oterat non Virgo Masculina, J. U. St.**

Rostochii: Adler, 1733

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn828612005>

Band (Druck) Freier  Zugang 



MK-7973^a.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn828612005/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn828612005/phys_0004)

DFG

Fr. Bachmann

15 Written
1732-75

wol. unicum

U. - Bibl. hat nur einen Teil

PENSUM QVARTUM
DISCURSUS STUDENTICI
DE
SUPERBIA PÆDANTICA

IN
HONOREM atque EXISTIMATIONEM

VIRI
MAGNIFICI, EXCELLENTISSIMI
DOMINI,

DOMINI FRANCISCI
ALBERTI ÆPINI,

S. S. Theol. & Philos. Doctoris longe Celeberrimi,
Ejusque Prof. Ducal. Ordin. Famigeratissimi,

Olim

PRÆCEPTORIS SUI FIDELISSIMI,

Anno 1733. d. 21. April.

Solennissimis Ceremoniis
SCEPTRA ACADEMICA
UNIVERSITATIS ROSTOCHANÆ

accipientis

offerre

non poterat non

VIRGO MASCULINA,

J. U. St.

ROSTOCHII,

TYPS IO. IACOB. ADLERİ, SEREN, PRINC. &
ACAD. TYPOGR.

4

PERINUM QAVRATM
DESCRIBER S TUDENITIC
SUPERBIA P EDANTICA
HONOR M sibio EXALATIONEM
V I R I
MAGISTER EXCEPTEAUSMI
DOMINI
DOMINI FRANCISCI
AEBERTI EPINI
Ex
Bibliotheca
Academiae
Rostociensis

§. I.



On est, ut in explicanda voce *Superbia* multus sim,
quia unusquisque jam de ea habebit conceptum
h. l. quæstionis Quid sit? quæ omnino anteferenda est aliis quæstionibus, quia non entis aliæ
as nullæ essent affectiones, nec cognosceretur
nisi cognitum, hoc vel illud esse ut bene loquitur M. GEORG. DAMMIUS (a) cum Aristotele;
Superbiæ autem dari atque in homines ca-
dere, in aprico est in Protoplastis nostris per hanc miseriam miseriarum
nobis attrahentibus. Et plura exempla hominum spiritus altos gerenti-
um, penrasque nido majoris extendentium adducere non opus est, quippe
ea nullius ævi historia neget. Nam provoco ad experientiam testem
locupletem. Quotusquisque enim reperitur, qui infirmitatem suam re-
cordetur atque studeat intra suam delitescere pelliculam, suoque se pede a
modulo metiri discat. Sic suos quisque patimur manes. Unde optimam
fidem meretur illius Poeta (b) dichterium :

Ut nemo in seâ tentat descendere? nemo :

Sed præcedenti spectatur mantica tergo.

Majori igitur tibi dedecori erit unius superbiæ macula, quam honori vir-
tutum copiosus fulgor. Imo solum non extinguet earundem faces, dabit
insuper argumentum, esse factas, factas ad speciem, adulterinas, non veras.
Quid? quod si unquam alias veritatem dixit Pythagoricus ille, quem Ari-
stoteles (b) adducit, recte sc. agere uno modo tantum licere, peccare vero mul-
tis modis posse, hic dixit, quia hæc superbia multis sâpe diverticulis diva-
gatur, multisque flexionibus a recti semita.

(a) In exercit. de Disputatione Sect. I. Prælim. §. I. (b) Pers. Sect. IV
vers. 23. (c) In Ethic. Lib. II. Cap. V.

§. II. In specie devolvimur ad Superbiæ *Pædanticam*, τὸ Pædanticum
vero utrum derivandum e gallico idiomate, an vero græco, mihi unum
idemque erit, eique nec immorabor. Hoc quidem certissimum est, τὸ
pædanticum satis castigatam latinitatem non sapere. Cum autem hodi-
erno die ironice utplurimum adhibetur *Pædanta*, Pædantismus, germani-
cæ *Schulfuchs*, *Schulfuchser*, quæ scommatica vulpeculæ Scholasti-
cæ denominatio debetur M. CASPARO ARNURO, Lammerschwanz,

Im Professori Jenensi, pallium pellibus vulpinis suffultum gestanti, utias-
serit T. W. BIERLINGIUS (d) obscurioris hujus vocabuli per aliquod tem-
poris tractum atque incertæ vagæque significationis tandem attrulit explicatio-
nem clariorem ULRICUS HUBERUS (e).

(d) In diss. de Eruditione Politica oder wie man Cavalierement studiren sollt
§. 3. (e) Annexam deprehendes nitidissimam ejus de Pædantismo ora-
tionem Philosophie Aulicæ Dn. Thomassii.

§. III. Est autem hæc superbia Pædantica juxta BUDDEUM (f) virtu-
tum eorum, qui gloriæ sibi dueunt de rebus minimis altercari, omnibus-
que etiam levissima de causa sordide, & maligne contradicere; Qui autem
contradicendi pruritus exercetur vel scriptis vel ore; vel cum vel sine in-
juriosis verbis atque literis. Quicquid autem ejus sit veritas tamen ut plu-
rimum ab istiusmodi *Magistris contradictionum*, quo cognomine appellatus
est JO. WESSELIUS juxta M. SIGISM. ANDR. FLACHS (g), perditur
& perdita est. En igitur superbiam pædantismi matrem. De qua autem
superbia pædantica hujusque prole varia paulo specialius agere juvabit.

(f) In Elementis Philosoph. instrum. Cap. II. §. 38. p. 134. Plura autem
qui cupit legere de hoc vicio consulat Pfaffum in Introd. ad Hist.
Theol. literar. notis amplissim. illustr. Proleg. ad §. 2. p. 5. (g) In
diss. de causis dissensus Eruditorum §. XVI.

§. IV. Absit autem respectu Subjecti in quo eam universalem statuere,
imputatur haut raro innocuis ille, verum maximo cum scandalio. Cum au-
tem jam in Scholis Pædantas & quidem majori risu se exponentes invenias,
proinde licebit hancce levidensem tractationemulam dispescere in du-
as sectiones, quarum Prior de superbia Pædantica s. Pædantismo Scho-
lastico; Posterior de Academico aget.

SECTIO PRIOR. DE SUPERBIA PÆDANTICA SCHOLASTICA.

S. I.

VOcabulum *Scholasticum* hic accipimus in sensu vulgari, non *Philosophi-*
co. Pædagogorum autem maxime hic habebimus rationem, solcher
Præceptoren auf kleinen Schulen und Gymnasien. Ques vero in du-
pli c:

plici respectu considerandos nobis proponimus vel in relatione ad discipulos, vel qua ipsorum Personam. Ad hanc quod est, quis non utroque deprehendit quosdam Catones, mox Xenocrates, jam Euripides, tursus C. Marios &c. & hanc morositatem, quæ omnino misocosmia audit de qua eleganter M. SCHRÖDERUS (a) nisi simulent, consuetudo fit tandem natura, quam et si postea expellas furca, tamen usque recurret, putant discipulos omnem πληροφοριαν abiecturos esse, cum tamen hæc præjudicia merito plus simplici vice ipsis Scholasticis suspecta videantur, adeoque pelle vulpina Pædantia detesta eo magis eum postea oportebit horum præprimis inobedientiae, quam Salomon peccatum Magicum appellat, delictorum perferre sales manianos, ubi postea omnis gratia atque animi reverentia contabescit, quam si semel amissa, postea raro recuperabis.

(a) In diss. de Misocosmia Eruditorum oder von schmutzigen Gelehrten Lipsiæ habit. §. 4. & 8.

§. II. Quo doctior igitur quis est Pædagogus, eo humanior erit. Et quamvis Severitas atque gravitas in & per se maxime sit laudanda, nihilominus ejus limites ne transcendat, cavendum semper habebit, neque ex illa in Superbiæ Pædanticam se præcipitem det. Sit igitur severitas, cum comitate conjuncta. Quapropter & hoc nomine CORN. NEPOTI (b) maxime laudatur ATTICUS. Eundem in modum maximis afficit encomiis TACITUS (c) Dn. J. AGRICOLAM. Eadem laude maestri Erasmus JOH. KIRCHERUS (d). Quo & spechtat elogium, quod RITTERHUSIUS (e) tribuit PIRKHEIMERO. Nec intermittere potest idem Erasmus (f) quin eandem fortunam glorietur de THOMA MÓRO.

(b) Cap. XVI. n. I. ejus, inquit, comitas non sine Severitate erat, neque gravitas sine facilitate; ut difficile esset intellectu, utrum amici eum magis reverenter, quam amarent. (c) Cap. IX. ubi ita: Nec illi quod est rarissimum, aut facilitas autoritatem, aut severitatem amorem diminuit. (d) Lib. VII. Epist. Erasm. Epist. XXXIV. ad ipsum scripta. (e) In Vita p. 15. (f) Lib. XVII. Ep. 16.

§ III. In relatione autem ad discipulos inspecie si speches Pædagogorum quoerundam mores, præprimis in docendo atque informando Superbia pædantica se prodit. Quamprimum enim cuidam Scholasticorum vocabulum aut phrasis non Ciceroniana usurpata horum terit aures, vociferan-

tur vel adeo, ut aures sonent, quasi de salute totius imperii ageretur, cum tamen ne quidem sit certamen de lana caprina. Cui cacoæthi assuetos ut paucos afferamus. Sic inanes & sine medulla ventosas nuces proposuit **AGNUS BENIGNUS SANREY** (g). Circa istiusmodi curiosas inneptias occupatum quoque videre licet **MARTINUM FOGELIUM** (h). Et nuper rime Eruditissimi critici ostenderunt, se non expertes esse hujus Pædantismi, cum sc. **BENTLEJUS, BOYLUS, J. CLERICUS** & alii, quos cumulatim affert **M. J. F. SCHUMANNUS** (i) maximas inierunt exercitaciones de voce: **CERNO**. Contra quos verborum Aucupes vero scripsit suum Ciceronianum in forma Dialogi Erasmus, quem vero **J. C. SCALIGERI** orationes inventivæ maximis ullo modo fingendis convitiorum generibus replete exceperunt, teste **BIERLINGIO** (k) Petrum Bembum & Angelum Politianum hujus Pædanticæ superbiæ maximos Patronos adducente. Cogantur istiusmodi captores & carptores verborum atque phrasum legere Epistolas obscurorum virorum, & naufragabunt.

(g) In Libro de recta pronunciatione vocis: Paracletus. (h) In tract. de litera: B. (i) In diff. de eruditione noxia §. 22. p. 64. sqq. ubi plures istiusmodi nugaram reperies adductas. (k) In diff. cit. §. 5. p. 16.

§. IV. Porro deprehenditur quorundam Pædantismus Scholasticus, dum nimis dure discipulos castigant. Modo unum alterumve vitiolum (ut ita dicam veniam des, verborum Auceps!) in Exercitio obvenit, gleich heißt es: die Hosen herunter, und da gehts auf die Posteriora Aristotelis los, Daß ic. Cujus ordinis & fuit **PETRUS ENGELBERTUS** Maximiliani I. Imperatoris Præceptor, qui cum solis dialecticis argutiis doctus, Sophismata inculcare discipulo suo vellet, ad quæ capessenda hujus nondum matura erat ætas, sæpius eum verberavit und ihm einen Schilling gegeben, ceu tradit **CUSPIANUS** (l). Nec ab hoc more perverso, plagi dignus **ORBILIUS**, decepsit. Superbiā Pædanticā hic tantopere devoravit, non solum in Anti-Sophistas, verum etiam in discipulos, ut Horatius eum plagosum appellaverit, & **DOMITIUS MARSUS**. (m) ita:

Si quos Orbilius ferulâ scuticâque cecidit.

Cum tamen hicce Pædanta istius **QVINTILIANI** (n) memor potius esse debuisset quod in etatem infirmam & injurie obnoxiam nemini debeat nimium licere, præfertim cum non contra naturam sit pugnandum & contendendum ad summum ἀριθμὸν Studiorum, verum cum natura. Unde **PLATO** bene, adolescentes non cogendos, sed quasi ludentes in disciplinis enutriendos

dos esse, ut magis ad quod quisque natura sit aptus, possit cognoscere recte
observante J. REFTELIO (o). Ecce triplicem Pædanticam superbiam adhuc
fæpe in Scholis vigentem. Sed hæc de Scholastico Pædantismo; nunc de
Academico.

(l) In vita Maximil. I. (m) Ap. Sveton. Libr. de Illustr. Gramm. Cap.
XIX. (n) Lib. I. Instit. orat. Cap. 3. (o) Diff. de honesto-emergendi
Studio Sect. IX. p. 13.

SECTIO POSTERIOR. DE SUPERBIA PÆDANTICA ACADEMICA.

§. I.

Austeritas atque Morositas in Academiis docentium non tam verenda
est, sicuti in Scholis; Sed cessat potius. Enim vero ad nostram Aca-
demiam ut me vertam, hic non desunt Diis, Deæque charites, ut verbis
Heracliti non nihil immutatis hue inflexis loquar ex ARISTOTELE (a) Si-
quidem nostri Patres docendi partes obeuntes ferme in morem MERCU-
RII catenulis exore pendentibus Studiosorum catervam (si paululum ac-
cresceret, hoc maxime exoptandum) auribus suspensam, qua fieri potest,
ad se trahant. Ut adeo maxime verba in eos quadrent, quæ PICCARTUS
(b) SCIPIO GENTILI adscribit. Verum cum haut quamquam difficile
Athenis Atheniensem laudare, idcirco hic abrumpo filum laudis. De
correctione amica autem Doctorum officio, Patrum affectu, quid multis.
Nam quo magis est circumspiciendum in verbis phrasibusque doctrinæ
Christianæ, ne Adversarii vel ex vocula quadam, aut Syllaba, camelum
fugiant, ut id eruditæ demonstravit J. A. SCHMIDIUS (c) ea propter hoc
magis est grato animo in Scholis disputatoriis, Examinatoriis &c, agnoscen-
da accipiendaque, quo facilius alias nos Syllabici isti circumvenire nobis-
que imponere possunt. Quare nec objicias hic §. 3. Sect. Prior. ubi reje-
cimus vocum phrasiumque aucupes, sed scias ibi non tantum interesse,
quantum Pædanta sibi quidem imaginatur, cum five hanc five illam, Curtia-
nam ne an Ciceronianam afferas, unum est, nec curat Philosophus five isthuc
vocabulum adhibeas, five aliud ejus Synonimum (quoad dici non autem
quoad esse, non enim dantur Synonima vere talia) sensus enim erit
idem nec ab eo dependet nostra salus, quemadmodum iis Syllabis fæ-
pius contingere potest, ut taceam τὸ αλλεῖν, in Ep. ad Rom. 3. Ne ad-
ducam

ducam quæ nos inter & Pontificios intercedit disputatio de particulis ^{et aliis}
& ev. ^{et} 5 ex 2. Petr. 3, 16. de quibus DIETERICUS. (d) &c. Quapropter
in illos s. 3. adductos captatores verborum, minime vero in hos cadet ista
Pædantica superbia. Tertia species Pædantismi Scholastici hic prorsus
exulat.

(a) L. I. de Part. Animalium Cap. 5. (b) In orat. funebris. in obitum ejus p.
,, 623, dabitur autem venia integra transcribentib[us] verba: Extra provinci-
,, am, inquit Piccartus, -- valde etiam jam Senior delectabatur consuetu-
,, dine Studiosorum juvenum, cum quibus in campos animi gratia ex-
,, spatiabatur, ad se domum invitabat, prorsus detestans illorum Pro-
,, fessorum mores -- qui autoritatem suam imminui convellique censem[us]
,, si verba Studioſo faciant, aut alloquio eum dignum judicent si non per
,, interpretem omnia agant, aut etiam per codicillos, (quaerunt tria posterio-
,, ra quidem supercilium pædanticum constituunt) & ut contraham ad-
,, ducamque a Piccarto subjecta: - - ubique humanitatem &c. præfe-
,, rebat, ostendebat, exercebat, haut aliter quam solem videmus, qui
,, cum plurimum possit, non minus tamen omnia supera infera splen-
,, dore suo collustrat radiis, calefacit & foveat. O Decus Professorum! (c)
,, in peculiari diff. Octava, in Decad. Diff. Historico-Theol. reprehen-
,, dens Arianos illos, particulis $\frac{1}{2}$ & $\frac{1}{3}$, & ev. $\frac{1}{3}$ ex Rom. XI, 36. & I. Cor.
,, IX. 6. in mysterio Trinitatis abusos ad probandam exinde dissimi-
,, litudinem personarum, quos & propterea Syllabicos appellat. (d)
,, In Institut. Catech. de Script. S. qv. 30.

§. II. Progeniminaut aliquando superbia pædantica in Academiis,
dum Seniores Doctores junioribus etvv: vietas manus in fervore disputan-
di dare recusant & veritatem prorsus seponunt, modo alter suo abun-
det sensu, ejusque sfera pro ratione voluntas. Quemadmodum FLACIUS
cum STRIGELIO disputans, putabat se recte locutum esse P. O. ipsam ho-
minis Substantiam statuens. Cujus Pædantiae Superbiae Parentes utplu-
rimum sunt amor erga superiores, devotionis; erga æquales, amicitiae; er-
ga inferiores benevolentiae; atque nescio Pater aut mater (ut ita) nimium
gloriae studium. De amore tantum abest ut inficiari queas asserta, ut potius
sit errorum fons, quomodo nitide ac nervose tradit M. J. G. SCHNELLIUS.
(e) accedente nimio gloriae studio, veritatemque, ad quam cognoscendam
tamen ipso jure naturali obligatur homo, recte monente M. PH. F. HANE.
(f) floxipendendo perdat, erroribus irretiatur, subiecto, veritatis cogno-
scendæ intellectu sc. tanquam proprie tali secundum tres actus s. ut recenti-
ores Philosophi volunt, tres species perceptionis intellectionem puram,

imaginationem & sensum, corrupto, probe annotante *J. N. HARD-SCMIDT* (g). Quo ultimo seductus est *VALENTINUS*, uti observat probe *BUDDEUS* (h) atque *BAIERUS* (i). Et si quis *J. CLERICUM* eo referat, nec novum eapropter cum Catilina nefas extirpandum erit, nullusque sincerus orthodoxia Christianæ amicus ob id dicam ei scripserit.

- (e) In diff. de amore errorum fonte §. 9. & 13. (f) disquisit. Philosophico-Pract. de Jure & obligatione cognoscendi veritatem Sect. II. §. IX. p. 16.
(g) In diff. de inquirenda veritate, §. 8. p. 5. (h) In disp. de Hæresi Valentini. (i) Disp. de ambitione hæresi causa p. 5.

§. III. Occasione præcedentis §. 2. ubi de prærogativa Doctorum Seniorum præ Junioribus indirecte mentio siebat, quæstio oritur: Numne & superbiæ pædantica Academicæ Candidati sint gradus accipientes? Id quod quidem volant Fanatici atque quidam Calvinianorum omni conamine alloborantium, (verum haðenus frustra) quo si non penitus gradus academicos proscribant, eis saltem audacter calumniando maculam atque labem inurant. Utpote qui sunt speciatim *THOMAS MUNZERUS*, *VALENTINUS WEIGELIUS*, *CHRISTIANUS HOBURGIUS*, &c. Quorum hic refractis pudoris atque reverentiae claustris, in eam erumpit verborum licentiam: *Sage demnach, daß alle solche Ehrennahmen, als wohlgelahrter Herr Magister, hochgelahrter Herr Licentiat, wohlehrwürdiger, großachtbarer Herr Doctor, &c. Narrenposse und Vorpenwerke sind*, quem vero calumniatorem cum suis asseclis refutatum dedit noster *MAGICUS DOMINUS RECTOR FR. ALB. ÆPINUS Phosphorus* hujus Academiae (k). Quapropter tantum abest ut gradus academicí juxta Hoburgium sint Stultiæ signa, ut potius ipse stultus. In se enim spectati plane sunt indifferentes; verum & licet interdum unus atque alter cum capillamento regio incedat mirum in modum in plateis uti *D. BUCSH*; nihilominus abusus non tollitusum Concedimus quidem plures dari graduatos superbia pædantica fabricantes, cum adhuc debeant responcionem ad quæstionem illam: *utrum dulcius propinando, quam disputando insumentur pecunia?* præprimis cum vereor, ne, quia præjudicia merito suspecta sunt, Sectam Idiotarum affestent, de quibus *M. GEORG. SCHROEDER* (l). Verum manum de Tabula,

- (k) In diff. Moralitatem Graduum Academicorum repræsentante, Cap. II. §. 4. 5. sqq. (l) Diff. de præjudiciis merito & falso suspectis Cap. I. §. VIII.

§. IV. Sunt & quidam Superbia hac pædantica maxime supertitiosi, qui nobis Polyhistoris nomine veniunt. Maneat sua cujusque, cuique laus. Interim tamen nec obstat, quo minus de πολυτελεῖς vitiosa atque pædantica superbia pauca dicamus. Sunt interdum quidam, qui a sola memoria valent, per insignem tamen hujus nominis Polyhistores vocitari amant, verum expectantes judicium. Sciant proinde, quod dum quis CORNELIUM NEPOTEM, cum notis variorum in lucem emiserit, non statim sit appellandus Polyhistor hujus Sec. famigeratissimus Non sic itur ad astra. Plura requiruntur, ut mensuram tanti nominis impleas. Et qui impletat forsitan, illum si hunc titulum affectet, Pædantem merito dicis, uti bène judicat BIERLINGIUS (m). Unde quilibet Logicaster, unbekannte Schul-Majors, Voltillen-Reuter und gelehrte Hinczen-Ritter, (quos aus dem Gelebeten-Lexico adductos videre poteris in diff. M. RECTORIS DN. D. AEPINI (n) tantum abest ut nomen eruditii inveniant, ut potius Polyhistoris nomen eos tanquam monstra fugiat. Ad verum autem Polyhistorem quid requiratur, ostendit M. J. GOTTL. ROSA (o). De Autodidactois hæc vice filemus, cum omnino Pædantismi se reos sæpius faciant, qualis exstitit PHEMIUS ille Musicus apud HOMERUM (p) qui distensa spiritu præcodia inflans, clamitat:

Αὐτοδίδακτος δέ εἰμι. Τεὸς δέ μου ἐνθρησκευόμενος
Ταῦτας ἐρέφυσεν.

Ad Gyaros vero cum istis. Præf. cum quidem multum sciant pauci, nihil multi, omnia nemo.

(m) In diff. cit. §. IV. (n) De licita eruditorum invidentia, Cap. I. §. XI. p. 17.
(o) In diff. qua Polihistoris Idea delineatur, §. 7. p. 9. (p) Odyss. X. v. 347.

§. V. Advocati autem maxime sunt affecti hæc pædantica superbia. Non autem de omnibus dico, acsi intenderem propositionem universalem, multis maximam inferrem injurias. Verum de Crumenimulgis, ærulicatoribus hominum &c. de quo vid. SCHOEPFERUS (q). Hi cum Aulædi sint, quia Cytharædi fieri haut potuerunt cum IX ipsis tantum sint prædicamenta, qualitate destitutis scripta non absque Theseo elaborant, und Nehmen alles auf die Hörner, quos GAILIUS (r) Gerichts Plauderer die fast alle Beschreibungen streitig zu machen wissen, appellat. Solche Entenmeyer uti

uti Dn. AVTHÆO audiunt (s) die sich vieler Erfahrung rühmen n. ne & ille Medicus Empiricus titulum atque superbiam pædanticam putans esse prudentiam & experientiam apud CAR. OTT. THYLLIUM (t) qui ingenue de hocce Pædantismo differit,

(q) In Programmate Pentecostali de Spiritu S. optimo Advocato circa fuit.
(r) in tractat. de Arrestis C. 9. n. 19. (o) in Supplementis Practicis in obser-
vatt. WEHNERI h. I. (s) in tract. prior. de Qualitatibus in causarum Pa-
tronis Thes. XIV. p. 37.

¶ VI. Studiosorum si quæ alia, hæc maxime, perspicitur sæpe superbia pæ-
dantica jam in ipsis feliciter evanescit, und wer das nicht kan, statim:
Er ist ein Schulfuchs, er versteht den Kummel nicht, cantat subinde
Bachi filius: vina bibunt homines, animalia cetera fontes &c. jam in salu-
tandi ritibus: Pædanta salutet prius, huic competit esse in prædicamento acti-
onis ut sc. salutet. Verum Quis est major Pædanta? Honor enim non est
salutari, sed salutantis. Ob Hæc autem cum sæpius aliis alium injuriose in-
vadat, quid factu opus, si qua colaphi atque alapæ infligantur? Ἀριτος τρόπος
τὸς αἰμίνεοδος τὸ μην ἐξαμοιβῶν. Attamen si emanaverit in vulgus, audias
Paulum Bosonium (t) ne præpostera indulgentia roboretur malorum nequitia,
invitus procede ad ultionem publicam, emendationis & securitatis ergo in po-
storum. Ad hanc igitur venire nos oportet non quia quasi dulce sit vindicare
se, sed quasi utile. Interim quo nos ipsi istum pædantismum dedoceamus,
audiatis STUDIOSI regulam JUVENALIS (u).

Continuo sic collige, quod vindicta
Nemo magis fraudet quam foemina . . .

De cetero si gestis contra audentior ire, imitare EURICHOLUM PYRHO-
NICUM, quem DIOGENES LAERTIUS (w) aliquando ita furore instiga-
tum ait, ut sumto VERU cum carnibus, coquum in forum usque persequere-
tur. Sed pax vobiscum! Et MAGNIFICO DN. RECTORI nil erit vobis-
cum. Et quod reliquum est, consulo, ut inquiratus ante, si qua Pædantica
superbia curæ cordique est,

τὰς ἐπιδειξ
Κατὰ τὸ σοφὸν ἀδειν, η κατὰ τῷ πρόπτυχῳ (x)

B 2

Hoc

Hoc est utrum culices per os sonum edant, an per podicem. Quibus inveniendis vero τὸ μὲν πᾶσας ἔργον ὡς ποιέμενα, τὸ δὲ ἔργον ὡς παρεργον ἐκπονήσατε.

(t) In Specim. Homiletices Politicæ Cap. I. §.7. (u) Sat. XIII. v.189. (w) Lib. XI. Segm. 68. (x) Aristophanes in Nub. Act. I. Sc. II. v. 145., cœn Socratem falso ludens ridicule magis quam juste.

¶.VII. Et hæc sunt *VIR MAGNIFICE*, ore hastenus, amore vero & favore sicuti in præterito, ita & prælenti & futuro *PATRONE* de me quam meritissime, quæ non potui non sacrare Tuò Nomini. Ea propter nihil nisi hoc erit reliquum, ut *VIVAS, FLOREAS, & in TE, & in TUÀ GENTE SPLENDIDISSIMA*. Vale, faveque meis conaminiib⁹ Studiorum, sic mihi omnia prospere cedent.

COROLLARIUM.

Pædantæ in superlativo sunt cum illis Doctoribus Scholasticis quæfentes nimis curiose: An DEus possit ex meretrice virginem facere? an mus arrodens hostiam sit excommunicandus? an a sacrificulo devorandus? an exenterari debeat? num in muscipula adorandus? an verus baptismus, si Christus instituisset formam baptismi his nominibus: BUFF, BAFF? An Mulier ob id non habeat caudam, ne impediatur sessio? Quas nugas nugarum rejicit HALLBAUERUS in diff. de Ecclesia Lutherana politioris Literaturæ Patrona. Præfat. §.21. pag. 41.






Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn828612005/phys_0021](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn828612005/phys_0021)

DFG



ne classis sit homo, ut loquar verbis H. OLIVAR aspera ad astra itur per varios casus per tot di- Fortis autem hic poscitur animus, mortis terrore um vitæ extreum inter munera naturæ ponat ue dolores, nesciat irasci, nihil cupiat, & potiores HERCULIS ærumnas ducat fævosque labores & is & SARDANAPALI cœnis. En Nobilissimum

ut. de Numeri Quinarii Excellentia §. IX. Juncto Pen- cursus Studentici de Studio Monasterio Academi- §. 4. ubi nostro scopo hic inservientia plura in no- runt.

§. II.

ur NOBILISSIMO ex se nato inest Epietetis, So- Senecæ, Bruti, Catonis. Philosophiam habet cal- lem, i. e. Sie ist im Kopf und nicht auf den non μερικῶς & in tantum, sed ὁλικῶς & in to- vit in mundo, quasi extra mundum, infra coe- oelum, ne qua pavidum feriant minæ, si fra- s. Loquimur autem præprimis de Politico eeu quem quidem sat aperte indicat §. III. Sect. II. in tempore Stultitiam omnium vitiorum matrem, abitu & commodo erigi. Divites ignobiles oca- Magnanimæ paupertatis ipsum non pudet. virtuti und gebrauchet sich einer Philosophischen hen Freyheit. In mundo est nonnisi accidens. im NOBILISSIMUM ad ἀπαθείαν i. e. Nichts- tydens-Befreyung, naturalem bonitatem, & em ducentia. Cum his autem conjunctam de- penes animum fidelissimum.

§. III.

emque nunc fidelissimum putat je ehrlicher, respicit propria, non Personalia. Studet fi- ten wackern- und edleren Mannen decenti. Uni

B 2

contra